Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber Chori B.M.V. in Erfordia - Cod. St. Peter perg. 50 a

Erfurt, [13. u. 14. Jh.]

Nachträge zum Kollektar aus dem 14. Jh.

urn:nbn:de:bsz:31-28186

Visual Library

Per signū crucis. Adoramus te
Deus qui crucem sanctam as-
cendisti et mundi tenebras il-
luminasti tu corda et corpora
nostra clementer illuminare vi-
sitare digneris. Alma virgo. Post.
Corrige nos domine deus dexte-
ram tuam et per intercessionem
sanctissime dei genitricis et
virginis marie auxilium no-
bis superne virtutis impende
Beati mundo corde. q. Annunciam
Apostolicis nos qs domine
attolle presidiis, ut quan-
to fragiliores sumus tanto
validioribus eorum auxiliis foue-
amur. Corpora sanc. Iusti aute
Deus qui multitudinem
populorum beati bonifacii martiri
tui atque pontificis sociorumque eius
instancia ad agnitionem tui
nominis uocare dignatus es. con-
cede propicius, ut quorum memori-
am agimus, eorum patrocinia sen-
ciamus. Sacerdos dei mar. Amauit e
Deus qui conspicis quia ex
nulla nostra uirtute subsisti-
mus concede propicius; ut inter-
cessione beati martini confessoris
tui atque pontificis contra omnia ad-
uersa muniamur. Da pacem. Sitientes
Deus auctor pacis et amator
quem nosse uiuere
tibi seruire regnare est. prote-
ge ab omnibus impugnationibus
supplices tuos. ut qui in de-
fensione tua confidimus
nullius hostilitatis arma
timeamus. Per. Omnes sancti. Letamini
Omnes sancti tui qs domine
nos hic et ubique letificent
et adiuuent ut dum eorum
merita recolimus patroci-
nia senciamus

De beata uirgine. Coll.
Concede nos famulos tuos qs
domine deus [illegible] perpetua mentis et corporis
salute gaudere et gloriosa beate marie
semper uirginis intercessione a presenti
liberari tristicia et eterna perfrui leticia.
De apostolis. Coll.
Exaudi nos deus salutaris tu[illegible]
apostolorum tuorum [illegible]
nos tuere presidiis quorum [illegible] donasti
fideles esse doctrinis.
Pro pace. Collecta.
Deus a quo sancta desideria recta con-
silia et iusta sunt opera da seruis
tuis illam quam mundus dare
non potest pacem ut et corda nostra
mandatis tuis dedita et hosti-
um sublata formidine tempora sint
tua protectione tranquilla.

Deus qui salutis eterne beate marie
uirginitate fecunda humano generi
premia prestitisti tribue qs ut
ipsam pro nobis intercedere senciamus
per quam meruimus auctorem
uite suscipere dominum nostrum
Tribue qs domine [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]